



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bruchstücke mittelalterlicher Enqueten aus Unteritalien**

**Sthamer, Eduard**

**Berlin, 1933**

V. Lehensrestitutionsen in der Basilicata. ca. 1277.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69737](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69737)

In Suriano<sup>1</sup>.

[28] Robertus de Guiliocto . . . dixit, quod Iacobus de Celano similiter expulsus fuit per predictum dominum Fredericum de Arenis et rediens reaccepit propria autoritate quandam partem pheodi, que valet per annum unc. 3.

Item Americus Macri reaccepit propria autoritate quandam partem pheodi, que valet aur. unc. 4.

Item Teobertus de dompno Lania similiter reaccepit pheodum unum milit(is) in quaterio Arenarum, quod valet aur. unc. 10.

Item Gualterius de Arena reaccepit similiter vineas terras et alia burgensatica, que valent sibi aur. unc. 1.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

[f. 130<sup>b</sup>]

In Amindolia<sup>2</sup>.

[29] Andreas Cardanus . . . dixit, quod . . . facta fuit restitucio . . . domino Guilielmo de Amindolia de castro Amindolie cum casalibus . . . *folgt Wertangabe.*

Item dixit, quod sunt in ipsa terra et casalibus suis usque ad 400 focularia hominum.

Interrogatus, si predictus dominus Guilielmus habet litteras regias . . . , dixit se nescire. Interrogatus etiam predictus dominus Guilielmus, quod ostenderet litteras regias de restitutione ipsa vel alias cautelas, quas inde haberet, dixit se habuisse litteras regias, set eas ostendere non poterat, pro eo quod eas amiserat, quando cives Regii ceperunt et habuerunt castrum Amindolie.

Item interrogatus, quod ius habet regia curia in predicto castro, dixit se nichil aliud inde scire, nisi quod imperatore Frederico existente in partibus transmarinis ante regressum suum in regnum mandavit et fecit predictam terram Amindolie ad suum demanium revocari, quod factum fuit, et ex tunc terra ipsa fuit in demanio curie toto tempore vite ipsius imperatoris.

*Die übrigen Zeugen sagen dasselbe.*

*Hier schließt die Enquete ab. Der Rest des fol. 130<sup>b</sup> sowie die Blätter fol. 131—134 sind leer.*

## V. Lehensrestitutionen in der Basilicata. ca. 1277.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. MR 1 (Carte sciolte) fol. 57, 58, 61—64, 67 und 68. Orig. chart. Die Blätter hängen paarweise zusammen, 57 und 68, 58 und 67, 61 und 64, 62 und 63; es fehlen 4 Blätter, nämlich fol. 59, 60, 65 und 66. Am Anfang ist diese Enquete sicher vollständig, wie aus der erhaltenen Überschrift hervorgeht; am Schluß jedenfalls nicht, obwohl die ganze Lage die ungewöhnliche Zahl von 12 Blättern hat. Denn in Ziff. 9 wird deutlich auf nachfolgende Aussagen verwiesen.

De Lellis (bei Minieri, *Studi storici* S. 7 und 8, Minieri, *Genealogia* S. 210 Nr. 53, Minieri, *Notamenti* S. 252, Capasso, *Hist. diplom.* S. 349 Anm. 5 und Del Giudice, Riccardo Filangieri S. 252 Anm. 1; vgl. auch *Arch. stor. Camp.* II 771 ff.) gibt Auszüge aus fol. 58<sup>a</sup>, 61—64, 67<sup>b</sup> und 68<sup>a</sup> und zitiert dafür Fasc. 41. Diesem Faszikel dürften die Fragmente also entstammen.

Für die Datierung gibt das Bruchstück selbst keine unmittelbaren Anhaltspunkte; das ist besonders auffallend, weil am Anfang, wo man ein Datum erwarten sollte, nichts fehlt. Und

<sup>1</sup> Soriano, südöstlich Vibo Valentia, nahe Arena.

<sup>2</sup> Amendolea, nahe Bova, ost-südöstlich von Reggio di Calabria.

doch ist es auch wieder leicht erklärlich; denn dieses Dokument bildet, in ähnlicher Weise wie das vorhergehende aus Calabrien, nur ein Anhängsel zu einer Enquete über den Kirchenbesitz in der Basilicata, auf die in der Überschrift verwiesen wird. Form und Inhalt unseres Bruchstückes lassen erkennen, daß wir in ihm eine Parallele zu dem vorhergehenden Dokument vor uns haben. Wir können es also unbedenklich ebenfalls in das Jahr 1277 setzen. Die vorausgegangene, verlorene Enquete über das Kirchengut wird 7 Lagen zu je 8 Blättern umfaßt haben; daraus geht hervor, daß die Zählung des ersten Blattes als fol. 57 wahrscheinlich noch dem ursprünglichen Bestande entspricht.

[f. 57<sup>a</sup>] Inquisitio facta per homines terrarum infrascriptarum, quorum nomina et depositiones inferius distinguntur, in qua continetur de bonis singulis restitutis etiam personis aliis infrascriptis per dominum regem post felicem ingressum eius in regnum et de iure, [quod h]abet curia in eisdem bonis existentibus [in iustitiariatu] Basilicate, sicut particulariter [inferius con]tinetur, preter restitutionem de di[versis bo]nis factam diversis ecclesiis et pre[latis] antedictis, que superius continetur.

In primis:

[1] Notarius Iacobus de Pote[n]cia<sup>1</sup> iuratus et] interrogatus de premissis omnibus de Potencia<sup>a</sup> dixit se nichil aliud inde [scire nisi ea tantum, que inferius] continentur, videlicet quod Riccardo de Satriano de Pot[encia per dominum] regem post felicem ingressum eius in regnum restituta fuerunt infrascripta, videlicet:

molendinum unum aque situm in pertinentiis Potencie in loco, qui dicitur [...] et Tora<sup>2</sup>.

Interrogatus de causa scientie dixit, quod interfuit et vidit, quando predictum molendinum fuit restitutum eidem Riccardo de mandato domini regis post felicem ingressum eius in regnum.

[2] Guilielmus de Benigno de Potencia . . . addidit, quod vidit curiam domini imperatoris, dum vixit, et deinde [domini] regis Corradi et post eum curiam domini Manfredi condam principis Tarentini et deinde curiam domini regis Karoli usque ad tempus restitutionis eiusdem molendini continue tenere et possidere molendinum predictum et percipere et percipi facere de molendino ipso fructus redditus et proventus ac predictum molendinum vendi et procurari pro parte curie simul cum aliis iuribus, que curia habebat in eadem terra Potencie. Interrogatus de tempore dixit, quod vidit ipsum molendinum teneri haberi et procurari per eandem curiam spacio sexaginta annorum et plus, per quod [molendinum] huiusmodi spectavit ad curiam regiam.

[f. 57<sup>b</sup>] [3] Matheus de Lacupensile habitator Potencie . . . dixit . . . , quod de possessionis tempore ipsius molen[dini . . . To]r(e) se recordari de annis triginta et [non] plus, [quia per] certum tempus tempore domini pre[dicti] principis predictus testis fuit exul de regno; audivit tamen dici et fama publica est per [eam]dem terram Potencie, quod molendinum ipsum fuit in manu curie [...] supradicti.

*Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 58<sup>a</sup>] [4] A[lex]ander Grillus de Marsico novo . . . dixit [se inde] ea tantum scire, que inferius continentur, videlicet quod domino comiti Rogerio de Sancto Sev[erino]

<sup>a</sup> Korrigiert.

<sup>1</sup> Potenza, die Hauptstadt der Basilicata.

<sup>2</sup> Nicht identifiziert.

fuerunt per dominum regem post felicem ingressum eius in regnum restituta subscripta [bona], que sunt hec, videlicet:

Marsicum novum<sup>1</sup> . . . , quod situm est in Basilicata iuxta territorium Burgentie<sup>2</sup> et iuxta territorium Biyani<sup>3</sup> et iuxta fines Petre<sup>4</sup> et Marsici veteris<sup>5</sup>.

Interrogatus ipse testis de causa scientie super predictis, dixit, quod audivit dici et inde fama puplica est per terram eamdem Marsici novi. Item dixit, quod predictum Marsicum novum est pheudale. In causa scientie dixit, quod vidit antecessores predicti comitis Rogerii et<sup>a</sup> ipsum<sup>a</sup> servire pro predicto Marsico novo curie imperatoris et aliorum dominorum, qui pro tempore fuerunt in regno, quociens tam ipsis quam aliis pheudotariis regni servitium per curiam iniungebatur. Interrogatus, pro quota parte pheudi serviebatur curie pro predicto Marsico novo, dixit se nescire. Dixit etiam, quod vidit predictum dominum comitem Rogerium, postquam terra predicta fuit sibi restituta, servire exinde regie curie, tam silicet pro predicta terra, quam pro alio comitatu suo, quociens ei servitium huiusmodi per regiam mandabatur curiam; pro quota autem parte pheudi dictus dominus Rogerius servire teneatur pro terra predicta, dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod curia regia habet in eadem terra illud ius servicii, quod habet in bonis pheudalibus aliorum pheudotariorum regni pro quantitate valoris annui terre predictae. De causa scientie dixit, ut supra. Interrogatus de annuo valore predictae terre dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod curia habet in eadem terra criminale et ius imponendi collectas, sicut in aliis terris regni. In causa scientie dixit, quod vidit et videt curiam habentem in eadem terra ius predictum. Item dixit, quod quondam dominus imperator Fredericus destitui mandavit eumdem dominum comitem Rogerium possessione predictae terre Marsici novi et revocari fecit terram ipsam ad manus curie et revocatam curia imperialis in vita ipsius domini imperatoris tenuit et possedit terram eamdem; et post eumdem dominum imperatorem rex Corradus et post eum curia predicti domini principis Tarentini tenuerunt et possederunt terram eamdem, qui quidem princeps terram ipsam concessit comiti Henrico de Sp[erere]<sup>6</sup> et postmodum comiti Riccardo Filangerio. In causa scientie dixit, quod de auditu et fama puplica de revocatione dicte terre ad manus curie facta per imperialem curiam, ut est dictum; vidit tamen eandem curiam imperialem et post eam curiam regis Corradi et deinde predictos comitem Henricum de Sprevere et post [eum] comitem Riccardum Fil[an]gerium durante eodem principe ex concessione ipsius principis, ut dictum est, eodem comite Ro[gerio] ex]ule de regno post rebellacionem factam per quosdam nobiles in Capuacio, tenentes et possidentes [terram predictam Marsici no]vi.

*Die weiteren Zeugen sagen nichts Neues aus.*

*Die Blätter 59 und 60 fehlen.*

<sup>a</sup> Zwischen den Zeilen nachgetragen von der Hand des Schreibers.

<sup>1</sup> Marsico Nuovo, südlich Potenza.

<sup>2</sup> Brienza, südwestlich Potenza.

<sup>3</sup> Viggiano, südöstlich Marsico Nuovo.

<sup>4</sup> Vielleicht Pietrafesa, das heutige Satriano di Lucania, südwestlich Potenza.

<sup>5</sup> Marsico Vetere, südöstlich Marsico Nuovo.

<sup>6</sup> Manfred verlieh ihm die Grafschaft Marsico im Februar 1256. Capasso, *Hist. dipl.* S. 116 Nr. 233. Er wird kurz darauf zum Capitaneus der Terra di Lavoro ernannt. Capasso *a. a. O.* S. 122 Nr. 242.

[f. 61<sup>r</sup>] [5] Iudex Leonardus de Potencia iuratus et interrogatus de omnibus supradictis particulariter et distincte dixit, quod domino Riccardo de [Claramonte]<sup>1</sup> per [dominum nostrum] regem post felicem ingressum eius in regnum fuerunt restituta bona subscripta, que sunt ista, videlicet:

castrum Sancti Clerici<sup>2</sup> [...] . . . , quod situm est in Basilicata iuxta territorium Castrum novi<sup>3</sup> et iuxta territorium Cala[bre<sup>4</sup>, Lati]gane<sup>5</sup> et Faraci<sup>6</sup>,

terra Senisii<sup>7</sup> . . . , que sita est iuxta [terri]t(orium) Clarimont(is)<sup>8</sup>, Calabre<sup>4</sup> et Colubrani<sup>9</sup>, terra Noe<sup>10</sup> . . . , que sita est in B[asilicata iuxta t]erritor(ium) Curcesimi<sup>11</sup> et iuxta territorium Senisii<sup>7</sup>,

terra Claramontis<sup>8</sup> . . . , que sita est in [Basilica]ta iuxta terram Latigane<sup>5</sup> ex una parte et ex alia iuxta territorium Senisii<sup>7</sup>,

item castrum Latronici<sup>12</sup> . . . , quod situm est in Basilicata [iuxta territorium] Acrimo[n]ti<sup>13</sup>, Calabre<sup>4</sup> et Episcopie<sup>14</sup>,

[f. 61] item Castrum novum<sup>3</sup> . . . , quod situm est in Basilicata iuxta [territorium] Senisii<sup>7</sup>, Sancti Clerici<sup>2</sup> et iuxta territorium Sancti Archangeli<sup>15</sup>,

item terra Rotunde maris<sup>16</sup> . . . , que sita est in Basilicata iuxta te[rritorium] Prisinacii<sup>17</sup> ex una parte et iuxta territorium Fabale<sup>18</sup> ex altera.

Sub baronia eiusdem domini Riccardi, sicut dicitur, sunt terre subscripte, videlicet: Trisagia<sup>19</sup>, Calabra<sup>4</sup>, Bactivaranum<sup>20</sup>, Rubium<sup>21</sup>, Latigana<sup>5</sup>, Acrimont(um)<sup>13</sup>, Episcopia<sup>14</sup>, Sanctus Martinus<sup>22</sup>, Castrum Sarracenum<sup>23</sup>, Rotunda vallis Laini<sup>24</sup>, Curcosimum<sup>11</sup>, Faracum<sup>6</sup>, sita in Basilicata.

Interrogatus predictus testis de causa scientie super pre[dictis] d[ixit], quod vidit terras predictas restitutas fore eidem domino Riccardo per eundem dominum regem post felicem ingressum eius in regnum. Item dixit, quod predictae terre sunt pheudales. In[terrogatus de causa] scientie dixit, quod vidit antecessores predicti domini Riccardi servire pro terris

<sup>1</sup> Diese Ergänzung ergibt sich aus dem Auszuge des De Lellis, bei Mimieri, *Studi storici* S. 7f.

<sup>2</sup> San Chirico Raparo, östlich Lagonegro.

<sup>3</sup> Castronuovo di S. Andrea, östlich S. Chirico Raparo.

<sup>4</sup> Calvera, südöstlich S. Chirico Raparo.

<sup>5</sup> Teana, ebendort.

<sup>6</sup> Faraclo, im 14. Jahrhundert vom Erdbeben zerstört, lag bei Carbone, südlich S. Chirico. Vgl. Bozza II 147.

<sup>7</sup> Senise, unweit des breiten Tales des Fiume Sinni, östlich Lagonegro.

<sup>8</sup> Chiaromonte, westlich Senise.

<sup>9</sup> Colobrarò, ostnordöstlich Senise.

<sup>10</sup> Noepoli, südsüdöstlich Senise.

<sup>11</sup> Cersosimo, südlich Noepoli.

<sup>12</sup> Latronico, östlich Lagonegro.

<sup>13</sup> Agromonte, südöstlich Latronico.

<sup>14</sup> Episcopia, östlich Latronico.

<sup>15</sup> S. Arcangelo, nordöstlich Castronuovo di S. Andrea.

<sup>16</sup> Rotondella, auf der Höhe über dem Ionischen Meer.

<sup>17</sup> Auf der Karte von Rizzi-Zannoni ist eine Gegend südwestlich von Rotondella als Presinace bezeichnet. Der Name scheint heute ganz verschwunden zu sein.

<sup>18</sup> Jetzt Valsinni, westlich Rotondella; vgl. Bozza II 226.

<sup>19</sup> Latrisaja, als Flurname auf dem rechten Ufer des Fiume Sinni, südöstlich Rotondella, bei Rizzi-Zannoni; vgl. Cianci Sanseverino S. 126.

<sup>20</sup> Battifarano, südöstlich Castronuovo di S. Andrea; vgl. Cianci Sanseverino S. 134.

<sup>21</sup> Das Casale Rubei lag im Tal des Torrente Rubbio zwischen Francavilla und San Costantino. Racioppi II 296.

<sup>22</sup> S. Martino d'Agri, nordwestlich Chiaromonte.

<sup>23</sup> Castelsaraceno, westlich Chiaromonte.

<sup>24</sup> Rotonda, oberhalb des Oberlaufes des Fiume Lao.

et locis predictis [tempore] imperatoris et aliorum dominorum, qui pro tempore fuerunt in regno, quociens tam ipsis quam aliis pheudotariis regni servicium per curiam iniungebatur. Interrogatus, pro quota pheudi parte servie[batur] curie pro terris predictis, dixit se nescire. Dixit etiam, quod vidit predictum dominum [Riccardum] po[stquam t]er[re predictae] fuerunt sibi restitue, servire exinde [regie curie], [qu]ociens ei [servicium huiusmodi per] regiam curiam mandabatur; pro quota autem parte pheu[di . . .] servire tenetur, dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod curia regia habet [fol. 62<sup>a</sup>] in eadem terra predictum ius servicii, sicut habet in bonis pheudalibus aliorum pheudotariorum regni, pro qualitate annui valoris terrarum ipsarum. De causa scientie dixit, ut supra. Interrogatus de annuo valore terrarum ipsarum dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod curia habet in eisdem terris criminale et ius imponendi collectas, sicut in aliis terris regni. In causa scientie dixit, quod vidit et videt curiam habere in eadem terra ius predictum. Item dixit, quod curia imperialis destituit dominum Hugonem patrem dicti domini Riccardi possessione terrarum predictarum propter prodicionem factam in Capuatio. In causa scientie dixit, quod audivit predicta dici, et quod curia ipsius imperatoris, regis Corradi et principis<sup>1</sup> tenuerunt et possederunt predictas terras, predicto domino Riccardo filio predicti domini Hugonis exule morante extra regnum. Dixit etiam se de aliis nichil scire, nisi de bonis episcopatus Potentie dixit idem quod Perronus de Franco de casali Sancti Sepulcri<sup>2</sup> superior testis.

*Die weiteren Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 63<sup>a</sup>] [6] Dominus Alexander dominus Latigane<sup>3</sup> . . . dixit se nichil aliud inde scire nisi ea tantum, que inferius continentur, videlicet quod domino Iacobo de Lauria et Roberto et Riccardo [per] dominum regem post felicem ingressum eius in regnum fuerunt restituta bona subscripta, que sunt ista, videlicet:

Lacusnigri<sup>4</sup> . . . , que sita est in Basi[licata] iuxta territorium Rivelli<sup>5</sup> et iuxta territorium Laurie<sup>6</sup>,

terra Laurie<sup>6</sup> . . . , que sita est in [Bas]ilicata iuxta territorium Castellucii<sup>7</sup> et iuxta territorium Trichine<sup>8</sup>.

Interrogatus predictus testis de causa scientie dixit, quod vidit bona predicta restituta fore per eundem dominum regem post eius ingressum in regnum, de mandato eius scilicet per dominum Ferrer(ium)<sup>9</sup> vel<sup>a</sup> Sperronum<sup>a10</sup> tunc iust(iciarium) Basilicate. Item dixit, quod predictae terre Lacus nigri et Laurie sunt pheudales. In causa scientie dixit, quod vidit antecessores predictorum domini Iacobi Robberti et Riccardi servire pro<sup>1</sup> terris predictis curie imperiali et aliorum dominorum, qui pro tempore fuerunt in regno, quociens tam ipsis quam aliis pheudotariis regni servicium per regiam curiam iniungebatur. In-

<sup>a</sup> Zwischen den Zeilen nachgetragen von der Hand des Schreibers.

<sup>1</sup> D. h. Manfred.

<sup>2</sup> Nicht identifiziert.

<sup>3</sup> Teana, s. oben S. 70 Anm. 5.

<sup>4</sup> Lagonegro.

<sup>5</sup> Rivello, südlich Lagonegro.

<sup>6</sup> Lauria, südöstlich Lagonegro.

<sup>7</sup> Castelluccio superiore und inferiore, südöstlich Lagonegro.

<sup>8</sup> Trecchina, südlich Lagonegro.

<sup>9</sup> Ferrerius gehört wohl in das Jahr 1269. Minieri, Itinerario (3. Zählung) S. 5. Fehlt bei Durrieu. Nach Minieri, Codice I 58 Nr. 59 wäre er allerdings vor Speronus anzusetzen. Siehe auch Ziff. 9.

<sup>10</sup> Speronus de Rex schied am 28. März 1267 aus dem Amte. Durrieu II 205.

terrogatus pro quota parte pheudi serviebatur curie de predictis, dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod vidit predictos dominum Iacobum Robbertum et Riccardum, postquam terre [pre]dicte fuerunt sibi restitute, servire ex inde regie curie; pro quota autem parte pheudi [pre]dicti dominus Iacobus et Robbertus et Riccardus exinde regie curie serviebant et servire tenentur, [di]xit se nescire. Dixit etiam, quod predicta curia regia habet in terris eisdem predictum ius servicii, sicut habet in b[on]is pheudalibus aliorum pheudotarium regni pro qualitate valoris an[nui] terrarum ipsarum. [In causa] scientie dixit ut supra. Interrogatus de annuo valore terrarum ipsarum dixit se nichil [inde] sc[ire]. D[ixit] etiam, quod curia habet [in eisdem] terris [cri]minale et ius imponendi collectas, sicut in [aliis terris regni. In] causa s[cientie] dixit, quod vidit et videt curiam habere in eisdem terris ius predictum. [Item dixit, quod quondam dominus imperator Fredericus revo]cari<sup>a</sup> fecit ad manus curie sue predictas terras Lacusnigri [et Laur]ie [ . . . ] atque donavit domino Alamagno de Fallucea in excambium terrarum, quas habuit [in Calabr]ia, [f. 63<sup>b</sup>] videlicet Genitocastri<sup>1</sup> et Simiri<sup>2</sup>; quas terras [predictus] dominus Alamagnus ex concessione predicta tenuit usque ad adventum regis Corradi. Et subsequenter dominus Guilielmus Villanus predictam terram Lacusnigri et dominus Alber[tacius] predictam terram Lau[rie] ha]buerunt et tenuerunt ex concessione domini principis Manfredi quondam principis [Ta]rentini. In causa scientie dixit, quod audivit dici et ind[e] fama publica est. Vidit tamen predictum dominum Alamagnum durante dominio dicti domini imperatoris [tenere et] possidere terras [predictas] et predictum dominum Guilielmum durante dominio pre[dicti] domini principis tenere [et possidere terram] Lacusnigri et predictum dominum Albertacium similiter dur[ante] domi]nio predicti domini principis tenere et possidere predictam terram Laurie. Interrogatus, qua de [causa] predictus dominus imperator predicta fecerit revocari, dixit se nescire.

*Die weiteren Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 64<sup>a</sup>] [7] [Io]hannes de Leone (?) iudex de Faraco . . . dixit se inde ea [tantum] scire, que in]ferius declarantur, videlicet quod domino Appollonio de Rubio et Trankedo de Rubio ac [quondam domino] Riccardo de Succurto per eundem dominum regem post felicem ingressum eius in regnum [fuerunt] restituta bona subscripta, que sunt ista, videlicet:

eisdem domino Appollonio [et Trankedo de Ru]bio medietas terre Acrimontis<sup>3</sup> site in iustitiatu Ba[silicate] . . . iu]xta territorium Latronici<sup>4</sup> et Episcopie<sup>5</sup>, . . .

[eidem quondam domino Ricc]ardo [de] Succurto altera medietas predictae terre Acrimontis<sup>3</sup> site ibidem . . .

Interrogatus ipse test[is] de causa] scientie dixit, quod [inde est] vox et fama publica. Item dixit, quod predicta terra Acrimontis [est] pheu]dalis. In causa scientie dixit, quod vidit antecessores predictorum domini Ampollonii Trank[edi] et quondam Riccardi ser]vire pro terra predicta curie imperiali et aliorum dominorum, qui pro tempore fuerunt in [regno

<sup>a</sup> Diese Ergänzung ergibt sich dem Sinne nach aus den nachfolgenden Ausführungen des Zeugen.

<sup>1</sup> Jetzt Belcastro, nordöstlich Catanzaro; vgl. Giustimiani II 228.

<sup>2</sup> Simeri, ostnordöstlich Catanzaro.

<sup>3</sup> Agromonte, s. oben S. 70 Anm. 13.

<sup>4</sup> Latronico, s. oben S. 70 Anm. 12.

<sup>5</sup> Episcopia, s. oben S. 70 Anm. 14.

Sicilie], cum aliis pheudotariis de contrata, quociens tam ipsis quam aliis pheudota[riis] regni [Sicilie] per curiam iniungebatur. Interrogatus pro quota parte pheudi serviebatur curie de predictis, [dixit] se nichil inde scire. Dixit etiam, quod vidit predictos dominum Appollonium Trachedum et qu[ondam dominum] R[icca]rdum, postquam terra predicta fuit eis restituta, servire exinde regie curie in addoa[mento; pro quota] autem parte pheudi dicti regie curie servire tenentur, dixit se nescire. Dixit [etiam, quod] regia curia habet in terra predicta predictum ius servicii, sicut habet in bonis pheudalibus alior[um ph]eudotariorum regni, pro qualitate valoris annui terre predictae. [Dixit etiam, quod curia] h[abet] in eadem terra criminale et ius imponen[di] collectas, sicut in aliis terris regni. [In causa scientie] dixit, [quod vi]d[et] et vi]det curiam habere in eadem terra ius predictum. Dixit etiam se audivisse [ . . . ].

*Der Rest ist ganz zerstört. Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.  
Die Blätter 65 und 66 fehlen.*

[f. 67<sup>a</sup>] [8] Iudex Nicolaus de Potencia . . . dixit se nichil scire aliud inde nisi ea, que inferius continentur, videlicet quod domine Perpense sorori Goffridi de Aliano<sup>1</sup> per eundem dominum regem post eius felicem ingressum in regnum bona restituta fuerunt infrascripta, que sunt hec, videlicet:

terra Aliani<sup>2</sup> inferioris . . ., que sita est in Basilicata iuxta terram Aliani superioris<sup>3</sup>, Gallichi<sup>4</sup> et Corneti in Perticar(ia)<sup>5</sup>.

Interrogatus predictus testis de causa scientie dixit, quod audivit dici.

Item dixit, quod terra predicta pheudalis est. In causa scientie dixit, quod vidit predictum Goffridum de Aliano, cuius, donec vixit, fuit terra predicta, servire pro terra ipsa curie dominorum, qui pro tempore fuerunt in regno, et tunc videt eandem dominam Perpensem seu Riccardum de Laurioso virum eius ipsius nomine, postquam ipsa fuit restituta eidem, servire exinde regie curie et addoari cum aliis pheudotariis d[icte] terre, quociens iniungitur eis huiusmodi servitium per regiam curiam. Interrogatus de quota parte pheudi serviebatur et servire tenetur exinde et de annuo valore ipsius terre, dixit se nichil inde scire. Item dixit, quod curia habet in eadem terra ius servicii supradicti, et quod terra predicta de iure spectat ad curiam regiam ex eo, quod, cum terra predicta fuerit predicti Goffridi de Aliano fratris domine Perpense predictae, qui mortuus fuit heredibus seu liberis legitimis non relictis ab intestato, ut dicitur, et dicta domina Perpensa tradita fuerit in uxorem per eundem quondam fratrem suum Riccardo de Laurioso cum dote bonorum mobilium, videlicet quinquaginta unciarum auri, cum vivant iure Francorum, videtur, quod predicta domina Perpensa non potuisset petere successionem predictae terre. Interrogatus quomodo sciret, dixit, quod vidit predictum Goffridum de Aliano fratrem dicte domine Perpense tenere et possidere terram predictam Aliani inferioris pro sua et in suam, donec vixit, et percipere ex eadem per se et suos fructus redditus et proventus; et ante mortem eius vidit eandem dominam Perpensem traditam fore in uxorem Riccardo predicto et audivit publice dici, quod tradita fuit in uxorem predicto Riccardo cum predicta dote quinquaginta unciarum auri

<sup>1</sup> *Am Rande (von der Hand des Schreibers) uxori Riccardi de Laurioso.*

<sup>2</sup> *Alianello, am linken Ufer des Fiume Agri, ungefähr gegenüber S. Arcangelo.*

<sup>3</sup> *Aliano, nördlich Chiaromonte.*

<sup>4</sup> *Gallicchio, westlich Aliano.*

<sup>5</sup> *Corleto Perticara, nordwestlich Aliano.*



et fama publica est, quod nunc eadem domina Perpensa tenet et possidet terram ipsam ratione successionis predicti fratris sui, et quod vivunt iure Francorum.

*Die weiteren Zeugen sagen nichts Neues aus.*

[f. 68<sup>a</sup>] [9] Iudex Guilielmus de Montemurro . . . dixit se nichil aliud inde scire nisi ea tantum, que inferius continentur, videlicet: [quod domi]no Sansoni per eundem dominum regem post felicem ingressum eius in regnum fuerunt restituta bona infrascripta, videlicet: terra Corneti de Perticario<sup>1</sup> . . ., que sita est in Basilicata iuxta territorium Perticarii<sup>2</sup> et Aliani<sup>3</sup>.

Interrogatus de causa scientie dixit, quod vidit terram eandem restitutam fore de mandato dicti domini regis post felicem ingressum eius in regnum per dominum Ferrerium<sup>4</sup> seu dominum Sperronum<sup>5</sup> dudum reg(ium) iust(itiarium) Basilicate domino Sansoni predicto. Item dixit, quod terra predicta est pheudalis. In causa scientie dixit, quod vidit condam dominum Rogerium de Corneto patrem domini Sansonis predicti et alios antecessores ipsius servire pro predicta terra curie dominorum, qui pro tempore fuerunt in regno, et addoari cum aliis pheudotariis regni, quociens predictis pheudotariis huiusmodi servicium per curiam mandabatur. Interrogatus pro quota parte pheudi serviebatur ex inde curie, ac de annuo valore ipsius terre interrogatus, dixit se nichil inde scire. Dixit etiam, quod vidit et videt predictum dominum Sansonem, postquam fuit sibi restituta terra predicta, servire curie regie in addoament(is) pro eadam, quociens ei iniungitur servicium huiusmodi per curiam regiam. Dixit etiam, quod videtur, quod terra ipsa spectet ad curiam regiam, ex eo, quod quondam dominus imperator Fredericus rediens de partibus ultramarinis fecit atque mandavit terram ipsam Corneti de Perticario revocari ad manus curie sue, pro eo quod predictus condam dominus Rogerius de Corneto pater predicti domini Sansonis, qui cum eodem domino imperatore ad ipsas ultramarinas partes ecesserat, eodem domino imperatore morante in partibus ipsis reversus fuit ex inde in regnum sine imperialis curie licencia et mandato. Et revocatam predictam terram Corneti dictus dominus imperator concessit domino Siduerio Lombardo<sup>6</sup>, qui fuit potestas in Trenta<sup>7</sup>. Interrogatus quomodo

<sup>1</sup> Corleto Perticara, s. oben S. 73 Anm. 5.

<sup>2</sup> Torre di Perticara, nordöstlich Corleto Perticara. Vgl. Racioppi II 307 Anm. 1.

<sup>3</sup> Aliano, s. oben S. 73 Anm. 3.

<sup>4</sup> Siehe S. 71 Anm. 9.

<sup>5</sup> Siehe S. 71 Anm. 10.

<sup>6</sup> Der Zusatz Lombardus bezeichnet hier nicht die Herkunft, sondern ist der Familienname. Über die Familie Lombardo vgl. Aldimari S. 363. Der Mann selbst, dessen Familienname erst durch die hier vorliegende Zeugenaussage bekannt wird, ist natürlich leicht zu identifizieren. Zuerst erscheint er in einer Urkunde Friedrichs II. vom 29. Dezember 1236 (Ficker IV 384 Nr. 359) als Sycherius de Montealbano potestas Tridenti et episcopatus; ob der hier genannte Ort, Montealbano Jonico (wir kennen ihn aus dem Statut über die Reparatur der Kastelle, Ziff. 118, bei Sthamer, Verwaltung der Kastelle S. 116), der in der Basilicata, südlich von Pisticci, liegt, den Ort der Herkunft oder ein Lehen des Sycherius bezeichnet, läßt sich nicht entscheiden. Von 1238 ab heißt er urkundlich stets Sedoerius (oder Seiderius, Sodgerius, Sodoerius, Sadeguerius) de Tito (Ficker IV 388 Nr. 364 und 365, IV 400 Nr. 383; Böhmer, Acta S. 790 Nr. 1096, S. 831 Nr. 1146, S. 833 Nr. 1147). Tito, unweit Corleto Perticara, war sicher sein Lehen; ebenso wie Corleto Perticara selbst. Als Podestà des Bistums Trient blieb er längere Zeit im Amte (vgl. Ficker II 508, 523, 547, 549); in einer Urkunde vom 28. Mai 1255 (Reg. Imp. V 13960) erscheint er zum letzten Male als solcher, in einer Urkunde vom 25. November 1255 (ebendort) heißt er bereits olim potestas. In einer Urkunde aus Vicenza vom 15. August 1244 (Reg. Imp. V 13521) wird er als Zeuge Sodegerius Apuliensis genannt; das zeigt, daß der Begriff Apulia damals in Oberitalien nicht deutlich genug bekannt war; das ist gewiß verzeihlich, wenn sogar ein geborener Süditaliener, wie Richard von San Germano (ad annum 1240, MGH, SS XIX 379) von Rocca S. Felici in Apulia spricht, dabei aber S. Fele in der Basilicata meint.

<sup>7</sup> Die Stelle ist in der Handschrift sehr undeutlich, kann aber nach Lage der Dinge nicht anders gelesen werden, als Trenta. Diese Namensform ist im Lateinischen ganz ungewöhnlich. Sollte hier schon die italienische Benennung

sciret, dixit, quod audivit dici et vidit tempore predicti domini imperatoris eundem dominum Siduerium tenentem et possidentem ipsam terram Corneti cum hominibus iuribus et pertinenciis suis, donec vixit. Dixit etiam predictus testis de bonis episcopi Tricarici<sup>1</sup> et de casali Sancti Iuliani<sup>2</sup>, quod tenet monasterium Sancte Marie de Byiano<sup>3</sup>, idem quod magister Iohannes de Montemurro superior testis. Item quia ipse testis dixit se scire de restituta Petro de La Rocca et domine Alferane, super hiis deponet infra, ubi huiusmodi restitutio particulariter describetur. Qui quidem testis de predicta terra Aliani restituta eidem domine Perpense et de iure, quod habet curia in eadem, dixit idem per omnia, quod iudex Nicolaus de Potentia superior testis<sup>4</sup>.

*Die übrigen Zeugen sagen nichts Neues aus.*

#### VI. Lehensrestititionen in der Terra di Lavoro. ca. 1277.

Neapel, Staatsarchiv, Fasc. Ang. 20, 60 und M 2. Orig. chart. Die Zusammensetzung der erhaltenen 6 Blätter ist nicht ganz einfach. Es liegen vor:

- 2 Blätter (fol. 53 und 60) im Fasc. 20,
- 2 Blätter (fol. 30 und 31) im Fasc. 60 und
- 2 Blätter (fol. 206? und 207) im Fasc. M. 2 (Carte sciolte).

Während bei den beiden Blättern im Fasc. M 2 deren Zusammenhängen noch feststellbar ist, können wir es bei den beiden anderen Paaren nur vermuten, wenn auch mit großer Wahrscheinlichkeit; denn beim Einbinden der Faszikel in feste Bände sind die zusammenhängenden Blätter stets getrennt worden, um sie einzeln in die großen weißen Rahmen einspannen zu können. So nützlich dieses Verfahren im Interesse der Erhaltung der Fragmente gewesen sein mag, so erschwerend wirkt es doch, sobald man versucht, den früheren Zustand zu rekonstruieren.

Die Annahme dreier Blattpaare wird gestützt durch folgende Beobachtung: Fol. 207 schließt sich unmittelbar an fol. 31 an, derart, daß der Text ineinander übergeht, und es ist nicht unwahrscheinlich, daß die Zeugenreihe, mit der fol. 30 beginnt, direkt an die am Schlusse des fol. 206 (?) unterbrochene Zeugenreihe anknüpft. Das ergibt also die Reihenfolge: Fol. 206 (?), 30, 31, 207. Da nun die Blätter fol. 206 (?) und 30 sich mit der Lehensrestituktion an Rogerius de Galluccio beschäftigen und wir auf fol. 60<sup>b</sup> die Gesamtüberschrift zu diesem Abschnitt der Enquete haben, muß fol. 60 ganz an den Anfang des Fragmentes gehören; folglich fol. 53, wofern es mit fol. 60 zusammengehört, ganz an den Schluß. Das ergibt also als wahrscheinliche ursprüngliche Reihenfolge: Fol. 60, 206 (?), 30, 31, 207 und 53. Dazu stimmt auch die Lage der Orte, in welchen die Enquetekommission tätig gewesen ist, ganz gut: Pentuma, Galluccio, Tora, Roccamonfina, Teano, Cajanum, Gaeta, Pico, Montenero.

Am Anfange ist das Fragment sicher verstümmelt; denn die einleitende Überschrift für die Restituktion an Otto Borello findet sich nicht auf fol. 60<sup>a</sup>. Nimmt man an, daß nur ein Blatt fehlt, so müßte auch ein korrespondierendes Blatt am Schlusse ergänzt werden. Dadurch entstände eine volle Lage von 8 Blättern, die paarweise zusammenhängen. Ob in der Mitte zwischen fol. 30 und 31 etwas fehlt, läßt sich nicht mit Sicherheit entscheiden; denn ihre in freilich später Nummerierung erkenntliche Aufeinanderfolge kann zwar, braucht aber nicht unbedingt als ein Anzeichen für Vollständigkeit an dieser Stelle betrachtet zu werden.

Ich verkenne nicht, daß man die erhaltenen 6 Blätter auch auf mehrere ursprüngliche Lagen zurückführen könnte. Dann wären fol. 53 und 60 das erste und das letzte Blatt einer solchen

*vorliegen? Die Zeugen haben ja sicher italienisch gesprochen. Der süditalienische Notar, der die Aussage protokollierte, wird schwerlich etwas von Trient gewußt haben und schrieb daher einfach hin, was er hörte.*

<sup>1</sup> Tricarico.

<sup>2</sup> S. Giuliano heißt eine Gegend zwischen Tramutola und Saponara di Grumento, nahe dem Hochtal des Agri.

<sup>3</sup> S. Maria del Monte, eine hochgelegene Wallfahrtskirche bei Viggiano (siehe S. 69 Anm. 3), Bozza II 230.

<sup>4</sup> Siehe Ziff. 8.